



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

Chokier, Jean de

Coloniae Agrippinae, 1674

Reg. XXIII. de male promotis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

REGVLA XXIV. PAVLIV.
DE MALEPROMOTIS.

Item de Clericis extrâ tempora à jure statuta, sive ante aetatem legitimam, aut absque dimissoriis litteris ad sacros ordines se promovendi, pro tempore etiam voluit Constitutionem pia memoriae Pii II. similiter praedecessoris sui de super editam, & in dicto Cancellariae libro descriptam, quae incipit cum ex sacerorum ordinum &c. per modo observari.

COMMENTARIA IOAN. A CHOKIER.

Ista Regula non est inserta Regulis Innocentii VIII. licet renovet Constitutionem Pii II. alioquin utillimam: nam suspendit beneficiatos, vel clericos, qui absque Canonica aut legitima licentia, se fecerunt promoveri extrâ tempora jure statuta, sive ante aetatem legitimam, vel absque litteris dimissoriis, extra Citramontani à Citramontanis (praeterquam si in hoc ultimo casu per Cancellariam Apostolicam juxta illius stylum ordinati fuerint, & ad aliquem ex sacrorum ordinibus se fecerint promoveri) & si hujusmodi suspensione durante in illis ordinibus ministrare praesumpserint, eo ipso irregularitatem incurrunt, a quibus non nisi à solo Papa absolvi possunt *cap. cum quidam c. litteras de Temp. ordin. & beneficiis Ecclesiasticis privantur.*

Hanc ergo Constitutionem Pii II. quae est de data 1461. 10. Kal. Decembris, censuit renovandam, & ubique observandam Julius III. & alii ab eo Pontifices, ad nostra usque tempora. Et licet alia Constitutio Sixti V. de data 1588. 14. non. Januarii, quae incipit, *Sanctum & salvare*, statuerit poenam privationis beneficiorum ipso jure, adversus infra elores Piana Constitutionis (ante eam non inducebatur privatio ipso jure) tamen ista vacatio ipso jure hodie non attenditur, cum è medio sublata sit dicta Sixti V. Constitutio, ac ad terminos juris communis ac Concilii Triden. & dictae Constitutionis Pii II. redacta per Constitutionem Clementis VIII. emanatam pridie Kal. Maji, millesimo quingentesimo nonagesimo, quae extat apud Stephanum Quarantam in Summa Bullarii *Fol. mei 387.*

Porro triplex est Ordinarius, qui in terminis hujus constitutionis litteris dimissoriis

dimissorias concedit, Originis, beneficii & domicilii juxta *not. cap. cum nullus de temp. ordin. in 6.* de quibus sigillatim Quaranta in *summa Bullarii, verbo Ordo, vers. Quoad tertium.* De quibus autem ordinibus loquatur, seu intelligenda sit Pii Constitutio, atque etiam ista Reg. late disputat Mandos. *hic q. 1.* ubi tandem concludit has constitutiones non comprehendere minores ordines, sed tantum Presbyteratum, Diaconatum & Subdiaconatum, siue agatur de personis Secularium, siue de Personis Regularium, & Monachorum, ut idem scribit *q. 2. & Stephan. Quaranta d. loco, vers. 2. limita.*

Sed an clericus, qui notus est, & probe cognitus, possit sine litteris dimissoriis promoveri ad sacros ordines, contra hujus Regulae & Pii II. Constitutionem? *Innocen. in cap. jam dudum vers. Dic tu illud verbum de prabend. & ibi Abb. num. 11. & in cap. fraternitati num. 4. vers. & limita hunc textum, de cler. non residen. videtur concludere pro negativis, cujus opinionem non probat hic Mandos. q. 3. num. 9. & si aliqui veram & receptam; quando non esset inducta forma in C. 6. Ratione Ant. Corset. in suis singul. in verb. presumpcio qualiter bene Versic. quod tamen ut aliqui esset data forma &c. cum ergo sit haec formula data, quantumcumque notus promoveri non poterit absque dimissoriis litteris: in tantum, quod si taliter promotus sui ordinarii ratificationem obtineat, nihilomagus pro vere ordinato reputabitur, nec liber erit a poena hujus Constitutionis, ut patet Mandos. *hic quest. 4. & Steph. Quaranta in summa Bullarii verb. Ordo vers. 7. consideranda hanc extravagantem, nisi tamen summus Pontifex, qui ratam habeat ordinationem ab inferiori quocumque factam per text. in l. adoptio. non jure ff. de adoptio. gloss. in cap. nullus alterius vers. solus tamen Princeps potest sententiam qua nulla confirmare, Inno. & Jo. An. cap. prudentiam de off. deleg. Ideoque ejusmodi promotus poterit impetrare perinde valere a S. Pontifice, quod ratificabit sacrorum ordinum ab alieno Episcopo susceptionem, perinde, ac si a proprio Episcopo collati fuissent, vel perinde ac si cum ejus litteris dimissoriis ordinatus esset. Mandos. d. quest. 4. num. 10. qui quoque in quest. 6. late disputat an litterae dimissoriae Vicarii generalis sufficiant promoveri cupienti: & tandem concludit quod non: quod nimirum Vicarius generalis non possit dare has litteras dimissorias sine speciali mandato text. cap. cum nullus S. Episcopo arguendo speciali de temp. Or. in d. Jo. Fran. Pavin. tract. de off. & potest. cap. Sede vacante 10. quest. part. 2. vers. An autem Vicarius num. 17. quod & probat dictus Stephanus Quaranta in *summa Bullarii, verbo, Ordo, vers. Veritur autem dubium, quod tamen limita primo, non Episcopus sit in remotis partibus, tunc enim Vicarius generalis potest hanc litteram concedere text. in d. c. cum nullus S. Episcopo ibiq. Francus vel nisi Vicarius haberet aliqua majora specificata, quam si potestas ejusmodi dandi litteras cap. qui ad agendum vers. Sed si aliquis de pour. in 7. Hostien. in cap. significasti ante vers. si tamen aliquis &c. de off. Vicarii, vel denique, nisi ejusmodi Vicarius generalis***

neralis successisset aliquibus prioribus Vicariis similes literas concedere, *arguendo text. & ibi not. in l. cum d. in rem vers. ff. de Usur. Bald. in leg. si cert. annu. C. de pact. Gratus respon. 2. n. 90. lib. 1.*

Denique limitando hanc reg. adverte, quod ob eminentiam doctrinae, vel bonum testimonium, de consensu ordinarii S. Pontifex conceditur quis omnino indies etiam presbyteratus breviori tempore sumere possit, etiam extra tempora, ut Episcopo Placentino respondit S. Cong. Interpretum Concilii Trid. ad cap. sess. 23.

Item nota, in quantum hic dicitur suscipientes ordines sacros ante legitimum ætatem (quæ est 18. annorum in Subdiacono, 20. in Diacono, 26. in Presbytero) incurrere poenam constitutionis Pii II. quod si tales perant absolutio nemine S. Sede & assecuti sint beneficium curatum, aut alias sacrum ordinem haberi, solet hodie dari clausula: & committatur Ordinario, imposita Oratori aliqua penitentia salutari & ipso ab executione suorum ordinum ad octo menses & dies, de arbitrio ejusdem Ordinarii suspenso, & quoad novam provisionem committatur cum clausula, si per diligentem adhibitis, & depurato per eundem Ordinarium durante dispensatione hujusmodi Vicario idoneo in d. Parochiali Ecclesia cum congrua portione illius fructuum, pro sustentatione ipsius Vicarii, ita quod Orator interim eidem Canonici, & præbendæ ne debitum fructuum obsequiis per substitutum, seu sacerdotem idoneum ab Ordinario loci, seu Capitulo dictæ Ecclesiæ approbandum deservire possit & teneatur.

Item in absolutioe pro promotum credente se esse legitimum ætatis solet adici clausula: & committatur Ordinario, & dummodo constet Oratorem signatim defectum ætatis promotum fuisse ut præfertur, ipsoque ab executione suorum sacrorum ordinum donec 25. ætatis suæ annum attigerit, & deinde beneplacitum Ordinarii suspenso.

Si autem quis sit promotus ad sacros minoribus prætermittis, petatque absoluteionem, solet adjici clausula hæc: Et committatur Ordinario, & prædicto Oratore ab executione susceptorum ordinum, donec quatuor minores prædictæ Ecclesiæ susceperit, & deinde arbitrio ejusdem Ordinarii suspenso.

REGVLA XXIII INNOCENTII VIII.

Quæ est. XXIV. PAULI V.

- | | |
|--|---|
| 1. Aureus & solidus numisma, & Ducatus eadem sunt. | ratio minus necessaria & negligenti. |
| 2. Etymologia & vocabulorum disputatio | 3. Omnis scientia ineipit à cognitione vocabulorum. |